gium præbet atq; solatium, domi delectat, foris non impedit, nobiscum per-
noctat, peregrinatur, rusticatur. Hoc humaniora posse studia
exploratum quidem: sed sibi non persuasum habent. Ac satis
admodum norunt, quantum literatus reliquis antecellat hom-
inibus, & quam exigua contra dignitate illiteratus brutis præ-
stet animantibus, quantaq; virtutem sequatur gloria. Verum
opera & labor, quem Dij immortales virtuti sementi præpo-
suerunt gloriæ, qui etiam in capessendis humanarum rerum
studijs requiritur, multos deterret, facitq; ut more illius desor-
dis apiculæ Musarum agmen relinquant, & ad inertiæ fucos
transeant. Quemadmodum enim apicula hæc ob pensum quo-
tidie exactum ad ignavos fucos transijt: ita multi studioso-
rum, quibus labor studiorum nimis durus & asper videtur, ad ig-
naviæ & malitiæ fucos transfugiunt. Multum enim laborare
& sudare oportet studiosum qui aliquando vir doctus evadere [vult,]
multum eum oportet & facere & pati, qui per virtutem

Hesiod. lib. 1. Oper. & dier.

ad summum honoris culmen scandere cupit. Via, quæ ad
virtutem ducit, ardua est & aspera: sed Musarum gratia
eam faciliorem & planiorem, omnemq; studiorum laborem
non modo levem & tolerabilem, verum etiam dulcem iu-
cundumq; reddit. Nos enim studiosorum animos studiorum

Musarum officia

opera fessos & defatigatos refrigeramus & excitamus iu-
cundarum mirandarumq; rerum expositione, præclarorum
virorum facinorumq; commemoratione, rerum gestarum
enumeratione, comicarum repræsentatione, efficta[rum]
lectione, Musicarum exercitatione, terrenarum dimensi-
one, superarum contemplatione (considerationes), artifici-
osarum notatione, excultarum desideratione & imitati-
one. Si igitur studiosis ultus discendi ardor est, atq; voluntas,

Philologia. Historia. Comœdia. Poësis. Musica. Geometria. Astronomia. Artes illiberales. Rhetorica.

studendi via non tam dura est & aspera, ut ad veram Phi-
losophiam Musarum beneficio non pervenire, nec labor
scholasticus tam arduus, ut eundem non perferre possit,
& id propter ad ignaviæ fucos transire cogatur. Nulli,
nulli, ni modo eas despiciat, ad Musarum choros unquam
conclusus est aditus. Et nos ipsæ sæpius ex intimo penetra-
li Apollinem stipantes in medium Parnassi procedimus,
ejusq; ipsius & authoritate animos oblectamus. Verum
quæ Musa ignavos tenere & arcere potest ab iner-
tium malorumq; consortio? eos quis in studijs delectare
potest? quis eos, qui ne unquam quicquam fecerunt, nec
quicquam facere volunt, ad laborem instimulare po[test]?
Prava certe & perniciosa, quam sibi semel præfixerunt ha-
bent, voluptas, dudum eos traxit ad castra inertium, & per
hoc ad turpe & malitiosum otium, unde non facile revo-
cari possint. Sed non dubium est, quin eos tandem pæ-

Membr. II.

nituerit malorum, non aliter ac apiculam illam pæni-
tuit fucorum. Nam æstatis tempore, quo cœlum ipse
dulci melle rorabat, illa vitam cum fucis commode satis
transegit: decedente a Sole, & appropinquante hyeme gel-
idaq; cadente pro dulci rore pruina, hyemis iniquitate admo-
dum infesta misere tandem perijt. Non aliter studiosi
iuvenes, Musas in iuventute despicientes, & e schola ad
castra inertium confugientes adultiores factos, studio-
rum fugæ pænitet.